



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

**XLII De Misericordia.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER SECUNDVS.

tis hominib<sup>9</sup> peccata cor<sup>9</sup>, nec pater vester dimitteret  
vobis p<sup>c</sup>tā vestra. Hinc Petrus ait: Non reddentes  
malū pro malo, nec maledictū pro maledictō, sed e-<sup>1. Pe. 36</sup>  
contrario benedicētes, quia in hoc vocati estis, vt be-  
nedictionē hereditatis possideatis. Hinc Paulus ait: Eph. 4.  
Cū patiētia supportātes inuicē, & donantes vobis-  
metipſis. Si quis aduersus aliquē habet querelā, sicut  
deus in Christo donauit vobis, ita & vos facite, nul Leui. 19.  
li malū pro malo reddētes. Hinc diuina scriptura di-  
cit: Ne quaereras vltionē nec memor eris iniuriaē ciuiū Pro. 20.  
tuor. Hinc Salomon ait. Ne dicas reddā malū pro  
malo, expecta dñm & liberabit te. Relinque proxī-  
mo tuo nocēti te, & tunc deprecāti tibi peccata sol-  
uentur. Igit̄ quicunq̄ remissionē suor̄ vult accipere  
pctōrum, dimittrat om̄ibus in se peccātibus, quia ta-  
lē vnuſquisq̄ indulgentiā accepturus est à dño, qua-  
lem & ipse dederit proximo suo.

## De Misericordia. Cap. XLII.

**M**isericordia, cōpatiendo alienæ miseriæ vo-  
cabulū sortita est. Om̄ia peccata misericor-  
dię opibus expurgātur, sed iam caueat pec-  
care q̄ misericordiā impartit. Ceterū nulla est delicti  
venia, qn̄ sic precedit misericordia, vt eam sequātur  
pctā. Nullus aut̄ in alieno misericors esse potest, qui  
praeviuendo in se misericors non est. Qui em̄ sibi  
neq̄ est, cui bon<sup>r</sup>. Nulla scelerū misericordijs redimi-  
possunt, si in peccatis quisq̄ permanserit. Tunc autē  
fructū misericordiar̄ cōsequitur indulgentia, qn̄ ab  
scelerū opere definitur. Misericordes igit̄ simus ad

## HAY. DE VARIET. LIB.

Ōmes, vt & ipsi misericordiā cōsequamur à dño, ip̄o  
**Mat. 5.** dicente: Beati misericordes, qm̄ ipsi misericordiā cō-  
**Luc. 6.** sequent̄. Et iter. Estote igit̄ misericordes, sicut & pa-  
**Ephe. 4.** ter vester misericors est. Hinc Paulus ait. Estote aut̄  
inuicē benigni, misericordes, induite vos sicut electi  
dei viscera misericordiar. Hinc Salomō ait. Facere  
**Pro. 21.** misericordiā & iudiciū magis placet dño q̄ victimę  
**Eccī. 35.** Hinc per quendam sapientem dicitur. Qui facit mi-  
sericordiam, offert sacrificium,

## De Compassione. Cap. XLIII.

**Mat. 7.** Per euangelium namq̄ suū admonet nos dñs  
dicens. Omnia quęcunq; vultis vt faciant vo-  
b̄is homines, ita & vos facite illis. Hæc est em̄  
lex & prophetæ. Quod tibi accidere non vis, nec p-  
ximo tuo cupias euenire. Condole in alienis calamī-  
tibus, satiare fletibus; in alienis laboribus, in tribu-  
latiōe alterius & tu esto trist̄. Talis esto alijs, quales  
optas esse circa te alios. Quod non vis pati non  
facias, nec inferas alio mala, ne patiaris similia. Ita  
clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, vt nec ali-  
r̄ te nec aliter alios penses. Et sic alios iudica vt iu-  
dicari cupis. In tribulatiōe pofitis subuenire non ces-  
ses, dolentem consolari ne dimittas.

## De Castitate. Cap. XLIII.

**C**astitas em̄ fructus suavis est, pulchritudo inui-  
colata sanctor. Castitas securitas mentis, fani-  
tas corporis. Nisi em̄ vnuſquisq; castus pſeu-  
rauerit ad perpetuā requiē puenire, & deum videre  
**Hebr. 12.** non poterit, testante Paulo ap̄lo: Pacē ſectamini cū